

Fabri, Felix: Evagatorium in Terrae Sanctae, ..., ed. v. C.D. Hassler, Bd. 2, 1843,  
enthaltend fol. 183A–291B von Bd. 1 des Autographs (19 555-1) und fol. 2a–74a von  
Bd. 2 des Autographs (19 555-2)

zu Bild Nr.

0082

0080

0086

0076

71

et sub petris antra, et in saxosis parietibus cavernae, partim  
naturaliter, partim artificialiter factae, in quibus olim dege-  
bant Sancti christiani, totus enim mons repletus erat viris  
religiosis, qui cum Domino ibi in poenitentiali castigatione  
vivebant. Evagatus sum in utraque mea peregrinatione in  
hoc sacro monte et inveni multas cellulas, saxis durissimis  
incisas, et in abruptissimis petris speluncas, et in pericolosis  
saltibus cavernas, in quibus vidi horrenda sanctorum mona-  
chorum habitacula et deprehendi in illis cavernis loca distincta  
pro oratione, pro dormitione, pro cibariorum praeparatione,  
pro rerum necessariarum conservatione, et in parietibus fora-  
mina quadrata pro librorum repositione. In oppositis saltibus  
vidi cavernas, ad quas nemo potest venire nisi venatores  
caprearum et ferarum, in quibus monachi olim habitavere, et  
per occultos meatus (B) intrabant et exibant, et viam omni-  
bus celabant, ut non inquietarentur per frequentias hominum.  
Sed, heu! omnes hae cavernae et cellulae sunt jam vacuae  
et ferarum foveae. Non sunt multi elapsi anni, quod adhuc  
conventus monachorum orientalium ibi habitavit, quos quidam  
dominus Gazarae, Sarracenus, inde expulit et viam ad spe-  
cum destruxit, ita, quod nemo adire potuit. Sed Soldanus  
per Christianos interpellatus viam reparavit hoc modo, sicut  
hodie stat. Ad haec montana concenderunt duo exploratores,  
quos Josua in Jericho miserat, et in speluncis illis latuerunt  
juxta consilium Raab meretricis, ut habetur Josuae 2.

0091

0071

0131

0031

0181

0581

1081

Ende

Anfang

De ascensu alterius montis et difficultatibus ibi habitis.

Perlustratis habitaculis et cavernis Sanctorum optavimus  
nos esse consequenter in summitate montis, ad quam longa  
via sursum erat per eminentes rupes, et adeo asper et praecip-  
sus ascensus ille nobis videbatur, quod nemo sperabat se  
posse ascendere. Quidam autem erat nobiscum, qui alias  
etiam ascenderat, qui dixit nobis, quod non possemus in illa  
parte ad cacumen venire, sed si vellemus ascendere, oporteret  
nos quasi totaliter descendere, et in montis radice contra  
aquinonem gyrate, et ab eodem latere possemus sine periculo  
praecipiti ascendere, sed non sine grandi labore et sudore.